



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 21. Ruscinonensis, ac Ceretanus Comitatus a Gallo Arrogoniæ Regi  
restitutus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. XXI.

Sæcul. XV.  
A.C.1492.

*Ruscinonensis, ac Ceretanus Comita-  
tus a Gallo Arragoniæ Regi  
restitutus.*

Obsidionis principio urbs acriter tor-  
mentis decussa est; verum nuncio ad  
castra delato, quod Galliarum Rex Fer-  
dinando, ac Isabellæ Ruscinensem, &  
Ceretaniæ Comitatus reddidisset, pluri-  
mum obssidentium ardor deferbuit; cum  
enim hac restitutione facta, Reges Ca-  
tholici Gallis reconciliati essent, Angli  
suppetiarum fiduciam, quam in eis re-  
positam habebant, amiserunt. Ceterum  
hosce Comitatus Joannes Arragoniæ Rex  
olim Ludovico XI. pignori dabat, ea le-  
ge, ut Fraucici juris essent, si Joannes  
trecenta aureorum millia mutuo data  
unacum constituto scenore post evolutos  
novem annos reddere negligeret, quæ  
conditio, quamvis servata non fuisset,  
nihilominus Ferdinandus hosce Comita-  
tus frequenter a Gallis restitui postula-  
bat, semper tamen irrito conatu, qua  
repulsa nihil abterritus, iterato Caro-  
lum hac de re sollicitare tentabat.

Gg 4

§. XXII.